



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Roemscher Keiserlicher Ma=||iestæt vnser
allergnedigste[n] Herre[n] Ernsthaffte || Beuelhschriefften/
an beide Geistliche vnd Weltliche Stende || vnd
eyngesessen der Stadt vnd des Ertzstiffts ...**

Karl <V., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Köln], 1544

Honorabilibus Devotis Nobis Dilectis .N. Prælatibus, Abbatibus, Capitulis,
Conuentibus, & Clero, Imperialis Ciuitatis nostræ Colonien[sis].

urn:nbn:de:hbz:466:1-34935

HONORABILIBVS

DEVOTIS NOBIS DILECTIS N.

Prælatibus, Abbatibus, Capitulis, Conuentibus, &
Clero, Imperialis Ciuitatis nostræ Colonien.

CAROLVS DIVINA FAVENTE CLE
mentia Romanorum Imperator Augustus, &c.



Honorabiles Deuoti dilecti. Accepimus literas uestras, quas nobis Honorabilis Doctus Deuotus nobis dilectus frater Ioannis a Tyla, Theologiæ professor, nomine uestro reddidit, simulq; audiuius illa, quæ Magnus Consiliarius noster Primarius Granuellæ Dominus, literis uestris haud plane dissidētia retulit, de negotio Religionis. Quod sane negotiū post nouissima Comitua Spiren. in peius recidisse admodum moleste accepimus. Porro quod ad eas literas & mādāta uestra attinet, de his omnibus, mētem & uoluntatem nostram Vicecancelario nostro Ioanni a Nauia p̄scribimus. Quæ ubi ab illo audieritis, nō dubitamus quin sitis intellecturi, eorū studia, qui Religionis subuertendæ incumbūt, nobis non modo nō probari: Verumetiā uehementer ac summe displicere. Quod superest, uos hortamur, ut in pristino uestro Religionis orthodoxæ studio & cultu perstare, & aduersariorū conatus pro uirili depellere cōtendatis, prout hucusq; a uobis factum est. Qua sane re, nihil est qd nobis gratius facere possitis. Datum in oppido nostro Bruxellen. Die xij. Mensis Octobris. Anno Domini M. D. XLIII. Imperij nostri XXIII. & Regnorum nostrorum XXIX.

CAROLVS.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Maiestatis proprium.

vidit Boisot.

Obernburger B.

iiij